

^x De vita statut (r). Axiomate receptum erat apud contemp. pag. 898. & 901.

illlos, Scripturam veluti animal quoddam exhiberi, cuius litera corpus esset, latens verò sensus anima.

Ex Philone acceptum morem totam deinde Ecclesiam adoptasse Photius autumat. Sed allegoriarum exordium apud Judæos multò Philonem præcessit, ut ex Libro Sapientia 18. 24. constat. Eiusdem Philonis testimonio discimus, Theraupetis hunc expounden Scripturas morem arrisſile, acceptum ex Libris Authorum ejusdem factæ, quos apud se magistrorum loco servabant. ^{s Philo de Vita contemplat.}

[r] non raro explicatio- nes allegoricas admittit, fassus Legem Mofaicam similis generis continere plura, quæ singulare Operæ complexurus se pollicetur [u]. Produnt hæc gulfum Judæorum eius ætatis. Patres igitur hunc ab Apostolis morem receperunt, & Apostolus 1. Cor. 10. 11. tamquam certum consti- tuit, omnia in figura contingisse Judæos: Omnia in figura contingant illis. Quare Patres, ut Scripturas ad allegorianam detor- querent, nihil morabantur, quamquam alioquin cum de convincant Judæos, Pa- ganis, sive Hereticis res esset, alteram sibi methodum proponebant. Namque Scri- pturas ad litteram interpretati, sententias expressas adhibendas sibi ducabant, ostendentes Oraculorum fidem in Iesu Christo impletam fuisse, oggerentes insuper rece- ptam Ecclesiæ traditionem in Scriptura loca, quibus Hæretici abutebantur. Morales & allegoricae interpretationes, moribus quidem juvandis, confirmansque iis, qui aliqui persuasi sunt, atque demonstrati- jam veritati illustranda servivint; afferen- dæ autem Religioni contra adversarios, nunquam non sibi carentes à veritate, non servivint. Excipi tamen ab ea regula debent textus à Iesu Christo & Apostolis expositi, qui iis testimonios, tanquam omnium exploratissimos, contra Judæos utuntur, contra Judæos, inquam, persua- sos alioquin corum Oraculorum sensum ad Messiam referendum. Quare suis illos armis & argumentis confidunt.

Contra Paganos verò offendunt Patres, servari apud Judæos in Sacris eorum Li- bris certa futuraru rerum Oracula, una- nimi totius gentis consensu recepta, quo- rum veritas non magistrâ tantum rerum, experientiâ, sed etiam prodigiorum fide asserta esset (x). Hæc autem Oracula omnia in Iesu Christo impleta demonstran- bant; ex quo ineluctabilis planè argumen- to conficiebant, nullum alium expectan- dum esse orbis universi Liberatorem, pro- salute generis humani mittendum. Ita S. Justinus Apol. 2. ex adducto loco, Foderunt manus meas & pedes meos, atque ad sen- sum demonstrato, nunquam in Davide hu- ius Oracula veritatem omnem apparuisse, sicut nec in alio quopiam Veteris Testa- menti Viro Justo, statim infert Iesum Christum veribus illis designatum fuisse. Interdum plura simul vaticinia jungunt, quorum alterum alterius sensum pandit. Davidi oriturum Messiam è genere ipius Deus prædictit 2. Reg. 7. 12. 13. & 23. 1.

^x Vide exordium Dialogi 8. Juf. in Tryphonem.

2. &c., & Isaías (y), natalium ipsius pro- digia omnia narrat, prænuncians oriturum illum è Virgine parente de familia David.

Accedebat non raro, partem ejusdem Oraculi de Davide, Salomone, Jona sive Jacob &c. exponi; partem verò, ad sublimiorum sensum se convertentes, ad Jesum Christum referabant. Cum enim sententiæ verba non possent omnia Patriarchis Veteris Testamenti congruere, Jesum Christum in subsidium adduci oportebat, quem veluti typum designasse summos illos Viros norant. Hunc esse enim sciebant, inquit S. Hieronymus in Daniel. 11. morem Scriptura San- da, ut veritatem futurorum præmitat in- typis. Ita que in Psal. 71. legitur, non omnia possunt ad literam Salomonis qua- drare, cujus neque permanfurum esset cum Sole Regnum, neque Imperium illius ad utrumque mare, sive à flumine usque ad extrema mundi prorogandum &c. Hęc qui- dem omnia partim quidem, & veluti sub figuram velamentis in Salomone premis- sa sunt, ut in Domino Salvatore perfectius implerentur.

Demonstrabant pariter Gentilibus, pro- phetas, utpote Dei ipsius per Prophetas locuti opus, parem cum illo veritatem habuisse oportere. Nunquam id commis- sum fuisse, ut Divina illa Scripta à quo- piam sive ante sive post Christi adventum corrumperentur. Non ante, neque enim di- vinare quis poterat venturum tandem illum in mundum; neque si divinasset, tam vi- vidis coloribus depingere illum unquam valueret. Post ejus verò adventum, Judæi, qui Messiam & reprobare, & cruci suffigere ausi fuerunt, sibi planè cavissent, ne Messiam il- lum ad sensum in Oraculis suā operā procu- sis demonstrarent. Antequam venisset, agnoscebatur à nemine; postquam venisset, recipiebat illum nemo.

Cum Judæos verò illud armorum ge- nus tractabant Patres, impletam scilicet in Iesu Christo Oraculorum veritatem. Neque unum tantum, sive alterum in illo qua- drasse Oraculum demonstrabant, sed con- veniente omnia, nec unum ab illo absuisse è Messiae characteribus; eaque simul omnia adeo in illum collimasse, ut in neminem aliū melius. Laborantibus Judæis eadem Oracula ad alios detorquere, Patres in- nem illorum conatus atque mendaces ex- positiones sub oculis ponebant. Methodum in ea re Apostolorum secuti sunt, maxi- mè S. Petri Act. 2. 26. 27. veritatem refur- rectionis Iesu Christi ex illo Psalmi 15. 8. 9. demonstans: Caro mea requiescat in spe, quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis Sanctum tuum videre corruptionem. Notas mihi fecisti vias vita &c. È occasione ita differit Apostolus: Liceat audenter dicere ad vos de Patriar- cha David, quoniam defunctus est, & sepul- tus; & sepulchrum ejus est apud nos usque in hodiernum diem. Propheta igitur cun- esset, & sciret quia jurejurando jurasset illi Deus, de fructu lumbi ejus sedere su- per sedem ejus, providens locutus est de resurrectione Christi, quia neque derelitus est in inferno, neque earo ejus vidit corruptio- nem.

y Isa. 7. 14.

hem. Hunc Jesum resuscitavit Deus, cuius omnes nos testes sumus.

Servabatur apud Judæos constans qua- dam & uniformis de sensu Oraculorum, traditio. È amotâ cùm singuli pro suo arbitratu peculiares traderent Libris Sacris expositiones, Librorum Sacrorum veritas seminariorum fuisse dissensionum, & con- troversiarum fomentum; quare maximu- fuerat apud eos momenti, ut varia sensuum libertas ad unum certum determi- naretur. Quo tempore Magi Jerosolymam venerunt, receptum erat apud Judæos (z), Messiam è Bethleem proditum, juxta illud Michæl. 5. 2. Et tu Bethleem terra Ju- da nequaquam minima es in principibus Juda; ex te enim exiit Dux, qui regat popu- lum meum Israel. Certum etiam tene- bant, Messiam è familia David proditum; nece è Virgine parente oriturum inviti credebant. Sensum igitur Oraculi Isaiae 7. 14. ad Messiam traditio determinaverat: Ecce Virgo concipit, & pariet Filium, & vocabitur nomen ejus Emmanuel.

His animi dispositionibus opportune- usus Christus tendentes in Emais Discipu- los instruebat, Scripturas de se prolatas interpretatus (a). Eandem etiam opportu- nitatem captavit, demonstrando in verbis Isaiae Iesu Christi Philippus Diaconus in familiari cum Eunuco Reginæ Canda- cis colloquio (b). Eandem traditionem certos quosdam sensus figuratos certis quibusdam Scripturæ textibus deter- minantem, sicut & loca quedam de Mes- sia exponentem, Author Epistolæ ad He- bræos sibi in scribendo proponit; cùm alioqui quedam laudet omni amotâ tradi- tione non planè ineluctabili eviden- tiâ de Iesu Christo exponenda. Ejus æta- tis Judæi quantumvis negare quidem non audebant, in iis oraculis Messiam spectari; sed perficitâ fronte contendebant, cum Iesu Christo non ita prorsus quadrare, ut illi potius, quām alteri me- lius conceperint. Recepserunt temporis suc- cesso ab ea sententia, contendentes, in iis textibus ne de Messia quidem sermonem haberet, quemadmodum etiam nostra etatis Judæis visum est.

Controversias nostrâ etate tractantes Scri- ptores vim assecurati hujus demonstrationis, ex consensu & traditione veterum Judæo- rum deducit, ineluctabile planè Rabbinis conficiunt argumentum ejus generis, quæ ad hominem appellant. Armant igitur contra Judæos autoritatem Targum, Talmudum, & veterum Rabbinorum. Ac- cedit olim, ut Judæus quidam ex adducto à Rittangelo testimonio Targum (c) ita- premeretur, ut argumento pondere oppre- sus clamaret: Actum est de nobis, nisi al- terum loco sensum invenianus. Id sanè fa- miliare est Judæis artificium, ut pondere nostrorum argumentorum oppressi, autho- ritatibus opponant autoritates, callidique expositionibus apertissimam sententiarum, veritatem eludant. Suppetunt quidem, sed rara admodum, bonæ fidei Judæorum exempla, qui imponi sibi necessitatem cre- dendī è demonstrata veritate permiserunt.

d Grot. Pra- fai. Comment. in Vetus Te- stam. Judæis conincendis vel pauca, Chrism & tempus, quo is venturus erat, directe describentia, sufficiunt.

e Voss. de Sy- bill. Orac. cap. 14. Vide etiam Basnag. his. Judæor. 1. 7. o. 34. a. 30. 31.

f De Prescript.

Scitè admodum loquitur Tertullianus, de disputationibus contra Hæreticos suscep- tis agens (f). Scriptura ad Hæreticos non pertinet, quare nec ut illius te- stimoniis contra nos valent; vel saltem si illa adhibere voluerint, debent omnes si- mul Scripturas, non earum tantummodo par- tem, debent etiam in sensu Ecclesie laudare. Quid enim sine his valeant Scripturæ? Paria etiam de Judæis usurpanda sunt. Si nobiscum disceptare maluerint, debent omnes aquæ Scripturas, qui Veteris, quæ Novi Testamenti recipere. Quoniam jure possunt in rem suam contra nos vetus Te- stamentum laudare, cum nos contra ipsos Novo utentes non ferant? Nos unum sine altero planè non recipimus. In universa

au-

autem disputatione illud semper servandum est, ut vel illi nostra principia convellant, vel simul nobiscum admittant.

Generatim autem loquendo, sensus figuratus argumentum planè demonstrativum non conficit. Textus adhibendi sunt expressi, literales, in quibus explorata omnia. Quanquam traditione & consensu veterum Hebræorum, vel similiū accedente, ex figurato etiam sensu non spēranda saltē contra Hebræos argumenta ducuntur. Pari etiam privilegio, cū expositio aliqua allegorica in Veteri Testamento à Iesu Christo vel Apostolis adducta legitur, non infirmum authoritatis pondus obtinere censenda est; quemadmodum etiam non aliud est iudicium ferendum de consensu unanimi SS. Patrum, cū ora-

culi alicuius sensus ad dogma, sed spirituali & figurata locutione, refertur. Ita nullum est in Veteri Testamento expressius Vaticinium de futura Messia post tres dies ab obitu resurrectione, quam Jonæ in ventre ceti historia; quamquam hæc ad resurrectionem Iesu Christi non nisi figura expositio trahuntur. Sed huic figuræ certam assertamque autoritatem vindicat non traditio Judæorum tantum, sed & expressus Iesu Christi & Apostolorum, ac tandem unanimis SS. Patrum consensu. Sunt igitur moderato quodam tempore accipienda, quæ vulgato omnium sermone feruntur, nimirum allegoricum sensum conficiens demonstrativis argumentis ineptum haberet.

IN ISAIAM PROLEGOMENON.

Quartuor majorum Prophetarum primus Isaias, è tribu Juda & è genere Regali David, patrem habuisse fertur Amos filium Regis Joas, & fratrem Amasias Regis Juda. Addunt insuper a Hieron. in. alii, Isaiam filium suum locasse Manassim Regi Juda (a). Rabbini constitutam à se regulam fecuti, Patres nemp̄ Prophetarum, cum proprio nomine in Scripturam exprimunt, simili cum filio privilegio donatos fuisse, putant Prophetam Isaiam parentem Amos Prophetem munere claruisse (b). S. Augustinus de Civit. lib. 18. cap. 10. & maxime in Isai. 37. 2. & 38. 1. alii, quæ nonnulli censem, Prophetam Amos ipissimum fuisse Isaiæ parentem; quorum tamen opinioni ne assentiamur Epiph. de oīta, & morte la nomina exprimuntur (c). Sicut etiam quod de Amos Prophetā, Isaiæ coævo, Clem. Alex. Stroma. 1. 1. ante eundem Isaiam Prophetam agere coepisse, si vera sint ea que de epocha initieruntur Isaias. Amos Prophetā. d' Amos 2. & Zach. 11. 5.

Sunt etiam qui maluerint, Isaiam alterum hunc Prophetam tempore prævertisse; credunt enim, eam, de qua in fine capituli primi Isaiæ, siccitatatem, apud Amos etiam tamquam rem, quæ exacto retro tempore contingit, descripsam legi. S. Hieronymus ad Damas. de Seraphim & Calculo, post Eusebium Cesariensem Comment. in Isai. 6. infinuare videtur; Isaiam tamdiu à fundatione oraculis abstinuisse, quandiu Rex Ozias lepræ percutitus in poenam (e) audaciæ vixit; * In Isai. 6. sed & idem alibi apertissime afferit (*), quinque prioribus Isaiæ capitibus Oracu-

la contineri sub Ozia prolatæ; sicut & sextum ea complecti, quæ emortuali ipsius anno ab eodem Prophetā annunciatæ sunt. Nobis ea fēdet opinio, exordium ejus Prophetæ compendium esse cum inito à Joathan Regno, statim post obitum Oziae; incepimus munus continuasse sub Achaz & Ezechia, spatio circiter 62. five 63. annorum. Joathan 26. annis regnavit; totidem Achaz; & Ezechias 29; qui annorum numerus summam conficit 61. annorum. Ejus obitum consignamus ad annum primum vel secundum Manassis.

Duo fuerunt Isaiæ filii, quos ambos figurato nomine appellavit, priorem nempe Scar-Safub, nempe reliquum redibit; f Isai. 7. 3. & 8. 1. alterum Chas-bas nempe festina prædare (f). Fœminam nomine Prophetissam duxit (g); quam eodem cum viro Spiritu prophetandi donant Rabbini. Longo annorum spatio prophetavit Isaias, nempe 90. annis, juxta Chronicum Alexandrinum, exordio factio anno 25. Oziae (b), & clauso cum vita munere anno secundo Regni Manasse, à quo scilicet Rege neci traditus fuit. Sed haec temporis adscriptio incerta omnes. In capite sexto Isaiæ historia legitur missi ad prophetandum viri, apposita temporis notâ, nempe ipso obitu Oziae anno; ex quo infinuatur, nunquam ante illud tempus ad prophetandum virum illum accessisse. Quare ab ea epoca exordium muneris Isaiæ duendum censuerim, ea, quæ quinque prioribus capitibus leguntur, ad primum annum Joathan Regis Juda referens. Quæ ab eodem Prophetā deplorantur mala, quæque Regnum Juda-depopulabuntur crimina, tempus designant exeventus Oziae Regni; tempus scilicet Regno Iudei iniquissimum. Legimus 4. Regum 15. 37. sub Joathan Rege duos simul exercitus, nempe Phacee Regis Israe-

rael, & Rafin Regis Syrie, totam illam regionem miserandum in modum depopulatos fuisse; sed hæc ad exitum Regis illius, non ad exordium pertinent. Bello etiam afflictus legitur 2. Par. 27. 5. 6. ab Ammonitis, qui excuso jugo, uti facile credimus, ab illo defecerant.

Tota Prophetæ Isaiæ series in octo partes commode dispercitur. Prima omnes complectitur prophetias ad Regnum Joathan filii Oziae Regis Juda pertinentes. In primis sex capitibus, sermonem unicâ & continentiam serie junctum continentibus, acriter invehitur Prophetæ in Hebræorum criminis, quorum mérito mala in illos divinitus imminere prædicit, vaſtandumque annunciat Regnum Israel: ac tandem post dissolutam sœvam tempestatem, sperandum monet tranquillum Regni statum. Porro Regnum illud Ezechia fuit, expressa Regni Jesu Christi figura.

Altera prophetæ pars Regnum Achaz spectat, quæ sex primis illis succedentia capita complectitur. Describit Isaias obsidionem Jerosolymæ ab exercitu Phacee & Rafin (i). In pignus promissa imminentia libertatis Regni Juda, exhibet Prophetæ Oraculum de futura Emmanuelis nativitate. Geminos, quos habuit ex uxore, filios mysticis nominibus, futuram Regni liberationem exprimitibus, appellavit. Verso deinde filio, imminentes Regnum Syriae & Israel calamites prænuntiat (k); frangenda etiam addens cornua Assyriorum, quibus Deus ultioni de impiis sumendæ tanquam flagello uititur (l). Scitum est quid passi fuerint Judei à Teglat-phalassare, Salmanassare, ac deinde omnium potremus à Sennacheribo. In his Reges caput 10. impeditur. Claudunt (m) hæc omnia exhibentes promissiones de Regge Sapiente, justo, forti, pio, à quo restituenda in pristinum omnia, revocandi captivi Judæi, & Iraelitæ per quatuor mundi angulos dispersi. Sequitur Canticum gratiarum actionis (n). Porro Rex ille ab Isaias promissus, Messias censendus est, ab Ezechia per figuram expressus.

Tertia, quæ proxime succedit, prophetæ pars, iniquior est in Babylonios (o), in Philistæos (p), in Moabitæ (q), in Damascum (r), Samariam (s), & Ägyptum (t). Pertinent hæc omnia ad annum emortualem Achaz, initiumque ab Ezechia Regnum (u). Non eodem tempore singula impleta sunt, sed suo quælibet, quemadmodum nos alibi explicare conati sumus. Autumavimus autem horum malorum partem sub Salmanassare, Sennacheribo, Assaradone immissam; reliqua pertinere ad Nabuchodonosorem, Darium Medium, & Cyrum.

Longo post tempore Isaias oracula sua iterum vertit in Ägyptum, Babyloniam, Cedar, Arabiam, Jerusalem, Tyrum, in orbem denique universum, & quandoque in solam Judæam; quæ omnia latè continentur capite 20. usque ad totum 24. Sequitur deinde cap. 25. & 26. Canticum actionis gratiarum pro restituto in libertatem Juda, exaltaque à Deo de hostibus suis

ultione. Capita 27. & 28. continent minas in Reges Babyloniam, Ägypti, qui ambo Hebræos affixerant. Oracula de redditu Juda, & Israel, sicut & Regi pio atque sapientie, sub obtenu pretiosi lapidis in fundamentis Sion locati designato, Isai. 20. 1. Postrema hæc Oracula pronunciavit Isaias post deletum Sennacheribum, & post annum 17. Ezechia. Hic finis partiæ quartæ eius prophetæ.

Eodem tempore sub Rege Ezechia quinta pars exorditur, versaturque in bello Sennacheribi contra Judæam. Componenda autem videtur cum anno 12. Ezechia, secundo ante suscepit bellum (x).

Primo igitur Prophetæ, verso in Jerusalem stilo, Urbe inundatum denunciat armorum torrentem, atque artificia obuidione premendam, cuius tamen exitus multo futurus esset quam exordium felicior. Vito vertit Ezechia, quod ad Ägyptos conversus potius quam ad Deum, open ilorum contra Assyrios implorasset (y).

Quare furorem in se Domini Judæos concitasse, quippe qui in Ägypto duxerint confidendum; quamquam ad Deum reduces lata omnia sperare pollicetur (z). Post confessum bellum letam oritur in Regno Ezechiae prosperitatem, justitiam, & pacem (*). Invehitur in Sennacheribum, & quæ cum illo conspiraverant, gentes (a). Portandum esse Idumææ poenam de sua in fratres Judæos levitatem (b). Succedit in capite 35. tanquam epilogus universi hujus prophetæ, addito veluti Cantico, quod leta omnia Judei promittuntur. Accidunt omnibus potremus à Sennacheribo. In his Reges caput 10. impeditur. Claudunt (m) hæc omnia exhibentes promissiones de Regge Sapiente, justo, forti, pio, à quo restituenda in pristinum omnia, revocandi captivi Judæi, & Iraelitæ per quatuor

32. & 33. 34.
a Cap. 32. 35.
b Isai. 32. 36.
34. 6. &c.

y Isai. 29. &
30.
z Isai. 31.

* Isai. 32.
a Cap. 33. 34.
b Isai. 32. 35.
34. 6. &c.

c Isai. 36. &
37. & 38. &
39. Quatuor
isla. capita e
capp. 18. &
19. & 20.
quarti Regum
totidem ferè
verbis descri-
piuntur.

d Isai. 40. &

43. 11. 12. &

44. & 41. &

44.
e Cap. 42.

i Isai. 3. & 8. 3.

k Isai. 9.

l Isai. 10.

m Isai. cap. 11.

n Cap. 12.

o Isai. 13. 14.

p Cap. 14. 29.

q Cap. 15. &

16.

r Cap. 17.

s Cap. 17. 3.

&c.

t Cap. 18.

19.

u Isai. 14. 28.

v

w

x

y

z

aa

bb

cc

dd

ee

ff

gg

hh

ii

jj

kk

ll

mm

nn

oo

pp

qq

rr

ss

tt

uu

vv

ww

xx

yy

zz

aa

bb

cc

dd

ee

ff

gg

hh

ii

jj

kk

ll

mm

nn

oo

pp

qq

rr

ss

tt

uu

vv

ww

xx

yy

zz

aa

bb

cc

dd

ee

ff

gg

hh

ii

jj

kk

ll

mm

nn

oo

pp

qq

rr

ss

tt

uu

vv

ww

</div